



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 1. Sixtus V. gravibus ad Alanum purpura decorandum rationibus permotus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ

LIBER CLXXVIII.

SIXTUS V. PONTIFEX MAXIMUS,
RUDOLPHUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Sixtus V. gravibus ad Alanum pur-
pura decorandum rationibus
permotus.*

Hæc dum interim gerebantur, Six-
tus V. summus Pontifex Hispaniæ
Regem ad bellum Elisabethæ Re-
ginæ inferendum continuo stimulabat:
ut vero eo vehementius illum ad id
impelleret, ad Regis preces Guilielmum
Alanum hoc anno die septima Augusti
Cardinalem titulo sancti Martini ad
Montes renuntiabat. Hic idem postea
dictus Angliæ Cardinalis jam dudum
facram purpuram sibi a Gregorio XIII.
oblatam recusabat, tandem autem
Sixtus V., qui præclara admodum ob-
sequia Religioni præstita remunerari,

Hh 2

ac

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

Ciac. in vit.
Pontif. t. 4.
pag. 171.
Attichy hist.
Card. t. 3.
pag. 557.

Sæcul. XVI. ac Philippi II. precibus annuere fate-
A.C. 1587. gebat, Alanum ad acceptandam hanc
 dignitatem compellebat, simulque
 juxta Hispaniæ Regis voluntatem suam
 in Anglia Legatum declarabat, quo
 honore antea Reginaldus Polus Car-
 dinalis regnante Maria præfulgebat:
 insuper idem Alanus a Rege Ca-
 tholico prædivitem Abbatiam, ut
 suæ dignitati congruos redditus habe-
 ret, in Calabria obtinuit, pariter ad Me-
 diolanensem Archiepiscopatum nomi-
 natus, cujus tamen possessionem nun-
 quam adire poterat, eo quod e Romana
 Urbe secedere a summo Pontifice pro-
 hiberetur, cum ejus opera in publicis
 Purpuratorum congressibus oppido ne-
 cessaria esset: denique summus Ponti-
 fex Alano ad purpuram evecto Hispani-
 æ Regi significabat, quod expeditionis
 bellicæ consilio jamjam manifestato
 copias suas navibus imponere, ac brevi
 excursionem parare festinaret, ne Ca-
 tholici in Anglia gravioribus adhuc
 malis, ac vexationibus premerentur.

§. II.

*Octo Præsules ab eodem Papa Car-
 dinalium albo inscripti.*
 Ciac. p. 176.

Idem summus Pontifex feria sexta circa
 dominici Adventus festa intra qua-
 tuor temporum hebdomadam die de-
 cima